

Atque orbi luci que haud invidus edis aperta;  
Quorum aliquot tecum jam pridem ruminat orbi  
Judicium, & mens saga, tua & Logica, optima scripta;  
Cum primis qualis tunc hic liber utilis audit,  
*Dictio* quem *Juris*, quemque Imperium implet & ornat  
Materie formaque sua bene divitem & amplum,

Hic tu, Lector, habes, proprium quid & aurea verè  
Vendicet & praxis sibi, quidque Theorica docta,  
Quas miscent alii veluti Chaos indigestum:

Hinc tibi tu succum, hinc meliorem exsugito fructum,  
Utere eo frui atque tibi benefanus ad omnia,  
Atque favore tuo authorem da plura luci  
Tradere, conficere & da, quæ res publica quærat,  
Et tuus ille usus, tua deficientia, plura.  
Non tibi, non orbi, quod novi ego, deërit hic unquam.

*M. Chunradus Matthias P. L. C. G.*

D E

